PLATO. ARISTOTELES

Entstehungsort unbestimmt (Tirol?), 3. Viertel 15. Jh. Seite 241v

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35041
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



faciat vnū patet econtra: q̄ vnū erit multa si tolletur. Quare
amplificant ueni dixi supplicaui sed despexit que dixi que
approbaui. Id homerus quoq; facit in illo Nireus ab esinie: Nil
Nireus a galae nireus qui formosissimus. Nam cum de aliquo
multa dicuntur necesse est quoq; multociens dici. Quare si
multociens multa quoq; uidentur. Amplificauit igitur
semel eius recordatus propter deceptionem mencionē q̄
nullibi amplius fecit: cū et in enumeratione postmo eius
meminerit. De liberatiua uero elocucio adumbracione
atq; picture omnio similis est. Nam quanto maior populus sit
tanto longius spectant. Qua propter que exquisita sunt
supuacua magis peiora q̄ in utrisq; uidentur. Iudicialis aut
exquisitior multoq; magis si apud vnū iudicem minimū
namq; id est in rethoricis. Nam quod ad rem ꝑtinet breuius est
aliena uero et concertacio absunt. Quare iudiciū purum
est qua propter nec ydem in omnibus hijs comprobantur oratores
sed ubi actionis plurimū ibi minime exquisite est elocucionis.
Id uero ubi uoce ac maxime ubi magna opus est. De monst-
ratiua uero dictio hystorica maxime cuius opus lectio post
hanc iudicial. Supuacuū uero elocucione in iocundam
et in magnificam diuidere. Nam cur id magis q̄ in liberale
et modestam et in alias morū virtutes. Que enī dicta
sunt ea iocunda faciunt si quidem elocucionis virtus
recte diffinita est cuius enī gracia non humilem sed
dillucidam atq; decentem oportet esset. Nam si ꝓlixa est
nō est dillucida sed nec eciam si breuis. Patet igitur me-
diocritatem esse. Iocundam quoq; facient que dicta sunt
si trita et prista bene collocentur et numerus et verisi-
militudo ita ut decet. Ac de dictione quidem ac elocu-
cione et cōmuniter de omni et seorsum de singulorū gene-
rum dictū est. Restat modo de ordine dicere.

De partibus orōnis. Ca. 13

Sunt igitur due oracionis partes necesse enī est